Practicarum obſeruationum,

SIVE

DECISIONVM SVPREMI SENATVS REGNI LVSITANIÆ

Pars Prima,

PERFECTAM ET ABSOLVTAM QVÆSTIONVM IVDICIALIVM, IVRISDICTIONVM ITIDEM, REGALIVM, iuramentorum, poſſeßoriorum, pignorationum, vltimarum voluntatum, dotium, ac aliarum innumerabilium fere materiarum, admixta hinc inde criminalium diſquiſitionum enodatione frugiferâ non minus, quam neceſſariâ, à pleriſq; hactenus Juris Antiſtitibus non obſeruatarum enucleationem continens.

Opus numeris omnibus abſolutum & cunctis, in FORO præcipue militantibus ſummè neceſſarium.

AVTHORE

GEORGIO DE CABEDO, IC. HISPAN. CELEBERR. CONSILIARIO REGIO, PALATII SENATORE, Senatusq; ſupplicationum Cancellario digniſſimo.

Cum Indice duplici

Deciſionum vno, altero materiarum & ſententiarum, vtroq; copioſo.

SALAMANCA

1º 14161

Num. cax.

num.

OFFENBACHII YSENBVRG.

Ex officinâ Chalcographicâ Conradi Nebenii,

Impenſis Hæredum Nicolai Baſſæi.

M. DC. X.

PHILIPPO CA-
THOLICO, MAXIMO, ET
POTENTISSIMO, REGI HISPANIÆ, HV-
ius nominis tertio, & Luſitaniæ ſecundo

DOCTOR GEORGIVS
DE CABEDO EIVS CONSILIA-
rius, & Palatii Senator

Perpetuam felicitatem exoptat.

CVM PRIMVM, PHILIPPE REX CATHOLICE,
maxime, & potentiſſime, in ſenatoriumordinem adſcriptus,
ad obeundum munus animum appuli, mihi nihil prius fuit,
quam vt ipſius ſenatus acta præclara, ſenatorumq; iudicia dili-
genter obſeruarem & aſſeruarē; ſatis tunc meis, publicisq; in
poſterum rationibus conſulturum ratus, ſi ex huiuſmodi con-
greſsibus doctiſsimorū hominū, ſcripta ſuffragia magiſtrati-
bus noſtris, & legumperitis darem. Cum autem multos iam annos in Senatu ver-
ſatus, à PHILIPPO AVGVSTO patre tuo æternæ memoriæ, ſenator palatii
creatus eſſem, & ad cōſilium coronæ Luſitaniæ Madritium adſcitus, quando plus
dabatur otii, quæ pridem obſeruaueram, & collegeram, expendere accuratius oc-
cæpi. Quadriennium porro erat, cum in patriam valetudinis cauſa rediens, com-
municato cum amicis, iisque perdoctis, conſilio, Deciſiones ipſas (ſic opus inſcri-
bi placuit) non iam premere conſtitui, ſed tandem promere. Non huc ambitio me
(ingenue fateor) non popularis ventus impulit, ſed publicus fructus, fori præſer-
tim.

Tibi autem, Rex potentiſsime, opus ipſum qualecunque offero, animo deuin-
cto, adſtrictoque, ſiue publice, ob iſtam, qua tuos omnes amplecteris, humanita-
tem, ſiue priuatim, ob eam, qua me ſemper excipiſti, benignitatem, tam Madriti,
quoties ſeſe obtulit occaſio, quam rediens in celeberrimo illo, & vere regio diui
Laurentii palatio, ad Scuriale. Accipe igitur regnorum multorum moderator, ſe-
natus, ac ſenatoris tui deciſiones, idque eadem illa fronte, & benignitate, qua Au-
torem: efficies enim, vt eiuſdem operis partes aliæ, quæ circa iuriſdictionem, &
donationes regias verſantur, tuis etiam auſpiciis in lucem exeant. Maieſtatem
tuam incolumem diu ſeruet DEVS OPTIMVS MAXIMVS.

LIber iſte à Doctore Georgio de Cabedo, regio Conſiliario, palatii ſenatore, & ſupremi ſenatus ſupplicationis Cancellario, compoſitus, deciſiones continet 214. Areſta 103. nihil in eis reperi quod fidei, aut bonis moribus contradicat, ſed omnia doctè & cum magna eruditione diſputata, dignaque iudico vt typis mandentur.

Fr. Manoel Coelho.

VIſta a informação podemſe imprimir eſtas deciſões, & impreſas tornarão a eſte conſelho pera ſe conferirem com os originaes, & ſe dar licença pera poderem correr, & ſem ella não correrão, em Lisboa aos 26. dias do mes de Feuereiro, de 602.

Marcos Teixeira. *Ruipiriz da Veiga.*

POdemſe imprimir eſtas deciſões viſta a informação offerecida do padre frei Manoel Coelho, 24. de Septembro, 1602.

Simão Borges.

QVe ſe poſsão imprimir, viſta a licença que pera iſſo tem do ſancto Officio da Inquiſição, & como forão viſtas na meſa, em Lisboa a 26. de Março, de 1602.

Pereira. *Fonſequa.*

DECISIONVM SENATVS REGNI LVSITANIAE

Pars prima.

DECISIO I.

De Rectore iuſtitiæ, ſeu Præſide ſenatus ſupplicationis.

SVMMÆ.

1 *Officium Præfecti prætorio priorem obtinet locum in ſenatu ſupplicationis.*

2 *Senatus ſupplicationum incrementum ſumpſit à tempore Edoardi Regis Luſitaniæ.*

Vnde denominetur ſenatus ſupplicationis, ibid.

3 *Rector iuſtitiæ, ſeu Præfectus prætorio præſidet ſenatui ſupplicationis.*

4 *Præfecti prætorio Cæſarum temporibus quam dignitatem habebant.*

5 *Vnde dictus fuerit præfectus prætorio, & Cohors prætoria quæ dicebatur, & qui prætores.*

6 *Imperatores Equitem vnum Romanum prætoriæ Cohorti præfecerunt, qui præfectus prætorio dicebatur.*

7 *Imperator Titus dignitatem præfecti prætorio nobilitauit, qui patris ſui præfectus prætorio fuit.*

8 *Præfectus prætorio diuerſis Cæſarum temporibus cœpit eſſe magiſtratus Palatinus, & togatus.*

Libelli ſupplicatorii, qui ſint apud nos, ibid.

9 *Præfectus prætorio dictus fuit, qui Conſiliariis, & aſſeſſoribus Principum, ad decidendas lites prapoſitis, præſidebat.*

A Præfecto prætorio non erat licitum appellare, ſed tantum ſupplicare intra biennium, ibid.

10 *Præfectis prætorio Seuerus Imperator ſenatoriam dignitatem addidit, & clariſſimi vocabantur.*

Quamuis recentiores, præfectos prætorio ſupremis Cancellariis æquiparent, id apud nos hodie non procedit, ibid.

11 *Iuſtinianus Imperator in prouinciis præfectos prætorio conſtituit.*

12 *Rector iuſtitiæ ſenatus ſupplicationis, non incongrue præfectus prætorio vocatur à noſtris.*

13 *Inter palatium & aulam, quæ ſit differentia.*

14 *Hiſpani ſcriptores præſidem conſilii regalis præfectum prætorii vocant.*

In conſilio regni Hiſpaniæ, quod eſt intra palatium, ſunt conſiliarii de iuſtitia, & de camera, ibidem.

Apud nos libelli ſupplicatorii gratiæ expediuntur in ſenatu palatii, ibid.

15 *Prætorium quid ſit.*

Rector iuſtitiæ ſenatus ſupplicationis an in toto regno iuriſdictionem exerceat? ibidem.

16 *Valet argumentum ex Rubro.*

Gubernator ciuilium cauſarum, olim rector etiam iuſtitiæ vocabatur. ibid.

Dominus Gondiſaluus Vaz de Caſtello Branco fuit prior, qui gubernator iuſtitiæ fuit appellatus in ſenatu ciuilium cauſarum, & quæ ratio, ibidem.

17 *Rector iuſtitiæ ſenatus ſupplicationis olim vocatus etiam fuit, Præſidente, & fuit Rodericus Gomez de Aluarenga.*

18 *De hoc nomine, Præſidente, fit mentio in articulis gabellarum.*

19 *Rector iuſtitiæ fuit etiam in prouincia Durii & Minii.*

20 *Rector iuſtitiæ etiam olim vocabatur Adelantadus, & leges Caſtellæ vocant Adelantadum eum, qui nunc eſt præſes Regalis conſilii.*

21 *Rex Ioannes XXII. Adelantados ſuſtulit.*

IN Senatu ſupplicationis diſtincta ſunt officia ſenatorum in eo ius dicentium, vt tradit Antonius Gam. *deciſ. 1. Luſitana, n. 10.* inter quæ priorem obtinet locum officium præfecti prætorio, quem noſtri Rectorem iuſtitiæ vocant. 1

Sciendum autem eſt, ſupplicationis ſenatum (quem à tempore Edoardi Regis Luſitaniæ maius incremētum habuiſſe, indicat libellus eiuſdem ſenatus, fol. 21.) eam ob rem ſic denominatum fuiſſe, quia ad eum, & ad ſenatores ſupplicationum, quos Gamma *vbi ſupra* expeditores cauſarum grauaminum appellat, ſupplicabatur, iuxta Ord. *lib. 1. tit. 31. §. 1. & lib. 5. tit. 37. §. 2. extrauag. 2. p. tit. 1. l. 3.* hoc autem quomodo diuerſis temporibus mutatum, additum, declaratumve ſit, ſuo loco dicemus. 2

Præſidet huic ſenatui ſupplicationis rector iuſtitiæ ſeu præfectus prætorio. Libet autem tantiſper de hac dignitate præfecti prætorio nōnulla dicere, vt inde appareat, an proprie noſtri rectorem iuſtitiæ, præfectum prætorio appellent. 3

Præfectus prætorio Cæſarum temporibus diſciplinę militari præerat, creatus ad inſtar Magiſtri Equitum, & Tribuni Celerum, *l. 1. D. de officio præfect. prætor.* tradit Feneſtel. *in libro de magiſtratibus Roman. c. 21.* ante eiectos namque Reges Tarquinii ſcelere, hi tribunos equitum celerum habebant, conſulum temporibus dicta- 4

tores,

Practicarum obſeruationum,

SIVE

DECISIONVM SVPREMI SENATVS REGNI LVSITANIÆ

Pars Secunda,

IN QVA DE DONATIONIBVS REGIIS, CIRCA IVRISDICTIONALIA, ET IVRA REGALIA, ita accurate & methodicè tractat, vt nihil propemodum hac in parte deſiderari queat.

Opus numeris omnibus abſolutum & cunctis, in FORO præcipue militantibus ſummè neceſſarium.

AVTHORE

GEORGIO DE CABEDO, IC. HISPAN. CELEBERR. CONSILIARIO REGIO, PALATII SENATORE, Senatusq́; ſupplicationum Cancellario digniſſimo.

Cum Indice duplici

Deciſionum vno, altero materiarum & ſententiarum.

OFFENBACHII YSENBVRG.

Ex officinâ Chalcographicâ Conradi Nebenii,

Impenſis Hæredum Nicolai Baſſæi.

M. DC. X.